



Dass

NOT

+

ΔΙΟΡΘΩΣΕΩΣ ΊΩΣΗΠΙΚΗΣ

21 20

ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ

SEV

LECTIONVM FLAVIANARVM
STRICTVRAE

SIMVL

RATIO LECTIONVM

SVB AVSPICIVM

PROFESSIONIS GRAECAE LINGVAE
ORDINARIAE

IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA

HABENDARVM

REDDITVR

A

IOH. BENEDICTO CARPZOV

LIPSIENSE

HELMSTADII

EXCVDEBAT PAVL. DIETERIC. SCHNORR



ALPHABETUM GRÆCÆ LINGVÆ

AB ALPHΑ ΑΡΧΗ

LECTIONVM FLAVIANARVM

STRICTARVM

ANNO

RATIO LECTONVM

ET

PROFESSIONIS GRÆCÆ LINGVÆ

ORDINARIÆ

IN ACADEMIA VITÆ CAROLINÆ

MARBURGENSIS

PROFESSORIS

ANNO

IOHANNES FRIEDRICH

1784

HELMSTADII

REPERTORIUM VAVI. BIBLIOTHECÆ



am eo defigebatur cogitatio in ea, ut
Professione philosophicae, cui REX PO-
LONIARVM ATQVE ELECTOR SA-
XONIAE POTENTISSIMVS ET SE-
RENISSIMVS, DOMINVS FRIDE-
RICVS AVGVSTVS, in Academia
patria me extra ordinem nuper praefecerat clementissime,
pro viribus satis facerem; quum inopinato mihi, plane-
que obstupefcenti accideret, ut post paucos, quibus die-
bus Lipsiense munus auspiciatus eram Oratione adituali,
ad me perferretur, vltro decreuisse PRINCEPEM SERE-
NISSIMVM ATQVE CELSISSIMVM, DOMINVM
CAROLVM, BRNOVICENSIVM DVCEM ET
LVNEBVRGENSIVM, DOMINVM MEVM INDVLGEN-
TISSIMVM, in SVAS me terras, atque hanc IVLIAM
CAROLINAM, praestantissimorum quovis tempore nu-
triticum ingeniorum, virisque in omni genere literarum
primariis et quondam superbientem, nec hodie minus
exsultantem, Academiam, gratiosissime euocare, ut Grae-
cam

cam ciuibus literaturam exponerem, iisque eos instrue-
 rem artibus, absque quibus viae essent, ad grandia quae-
 uis suscipienda atque perpetranda, impeditae. Quo me,
 fateor, nuncio sic animo affectum constituisse, vt, si lin-
 guae centum, vel ora totidem, poetarum votum, mihi
 diuinitus concederetur, vocabulis exprimere facundissi-
 mis, vix me tamen posse, arbitrarer, vti equidem cum
 propter infigne et immeritum omnino beneficium, a
 PRINCIPE SERENISSIMO mihi exhibitum, tum propter
 hanc, qua adhuc sum constitutus, aetatem, denique,
 propter solum natale, et amplam, quae ibi est, famili-
 am, ipsam etiam cum nobilissimis hominibus consuetudinem,
 cui tamen vale erat occlamandum, tandem, propter
 alia multa, bona, iucunda, suauia, pertentari hoc
 peccatus, et molliter calefactum incitari per venas omnes
 sanguinem, animaduverterim. At nutus tamen, vti pium
 ac iustum erat, per TANTVM mihi PRINCIPEM datus,
 Diuinus, omnia superauit, meque permouit, vt, post
 veniam, a POTENTISSIMO ET SERENISSIMO REGE
 impetratam, ad profectiorem, Musasque Helmstadienses
 me accingerem, etiam animo, opera, studio, seruore
 incumbere in eo quaererem, vt, si minus ingenium et
 doctrinam interiorem omnibus approbarem, istam tamen
 alacritatem, atque publicam quaeuis bona ac vtilia perficiendi
 professionem, non male mihi certe olim cessuram
 esse, praeuideam. Pro qua igitur insperata atque maxima
 SAPIENTISSIMI ET OPTIMI PRINCIPIS indulgentia,
 mens, obstrictissima teneritate et precibus repleta pro in-
 columitate DOMINI, atque ferme vix exsatianda, officio
 iam dulcissimo perfungi gestit, sollemnique propediem
 oratione, qua, ordinarium munus adeundi, potestas
 mihi clementissime concessa est, quia docte, ornate,
 comite, parum potero, pie tamen, religiose, deuote,
 NUMINI PRINCIPIS obseruantiam, demonstrare.

Eam

v

Eam antequam effundam pietatem, paucissima, et Lectio-
 num tantummodo indicendarum causa, more Academicum, ex illo doctrinae literarumque genere, cuius iam publicas scholas aperio, praemittenda sunt. Et quando quidem ad interpretationem Divini utriusque Federis, curationemque intelligentiam, plurimum peti adiumenti, ex Flavio Iosepho, eruditissimo et sapienti scriptore, potest; stricturas aliquas atque ἀποσπασμάτια, quae se mihi inter legendum obtulere, adiciam. Quum enim doctissimi Editores industriam suam in Variantium coaceruatione Lectio-
 num magis, quam in observationibus omnis generis philologicis, aut historiis subinde evoluendis, aut in aliis adiunctis enucleandis, comprobauerint; multa adhuc supersunt in hoc Iudaeo, quae curatius expendi merebantur. addo etiam, talia, quae, si recte constituuntur, scriptorem ornatissimum ab imperitia illa, quam ei nonnulli obuerunt, ac incuria varia, liberare poterunt. Sed illa quidem dissertatio, alius forte temporis occupationes meas exercebit. Iam enim, sed quae intra paucos saltem dies subuenere, quia et plura exponere et meliora, cum iterum animus, paullo tamen ob loci distractior mutationem, prohibuerunt, producenda sunt. Ea, en, Lector humanissime, accipe, et studiis nostris fauere perge.

In Archaeolog. Iud. Lib. I, cap. I, §. I, pag. 5. ed. Hauere. ita legitur: *Διεχώρισε τό τε Φῶς καί τό σκότος. καί τῷ μὲν, ὄνομα ἔθετο νύκτα, τῷ δὲ, ἡμέραν ἐκάλεσεν. ἐσπέραν τε καί ἑσθρον, τὴν ἀρχὴν τῆς Φωτὸς καί τὴν ἀνάπαυσιν προσαγορεύσας.* Gelenius verterat: *Discreuit lucem a tenebris: et his nomen imposuit Noctem, illam vero Diem appellauit; Vespere et Mane vocabulo exordiis lucis et quietis indito.* Hac translatione vsus fuisse Caietanum, obseruat Boecler. diss. in Ioseph. I, §. 12, laudatus ab Ittigio, in Prolegom. A. 4. 2, et *exordiorum* vocem ita in ea exposuisse, vt Vespere fit, exordium quietis nocturnae; ac Mane, diurnae lucis initium. Nec aliter

aliter Hudsonus in sua expressit interpretatione: *Et exordium lucis, et quietis initium, Vesperam et Mane nominavit.* At Caietanum refutavit Salianus, Annal. Eccles. V. T. Die 2, Σχολ. 11, Num. 2, ἀνάπαισιν recte de fine accipiens: integrum tamen verborum Flauii sensum non aperuit. Melius igitur Ittigius c. l. putat, videri Iosephum non ad ἡμέραν tantum, sed etiam ad νύκτα (nam vtrumque praecessit,) respicere, hoc sensu: *discreuissē Deum lucem a tenebris, et tenebras quidem Noctem, lucem autem Diem appellasse: Vesperam autem et Mane vtriusque initium et finem vocauisse;* ita, vt esset ἑσπέρα, initium tenebrarum et noctis, atque in posterum finis diei: ὁ ἔσπρος autem, finis quidem noctis, initium vero diei ac lucis.

Lib. eod. cap. 2, §. 1, p. 9. Ἄβελος -- σημαίνει δὲ πένθος τῷτο. *Abelus, -- quae vox Luctum significat.* Non inspexit, dicunt, Iudaeus Hellenista Hebraeum Codicem: si modo hic locus non plane corruptus est. Rufinus enim, veteris interpres, εἰδὲν τῷτο legisse videtur, non πένθος. *Abel vero, (sic vertit,) quod significat Nihil hoc.* Vide Drusium in Obseru. 6, 12. qui nec Hauercampium latuit. Philo, de migr. Abrah. p. 399, vocat *Abelem, εἶνομί τῶ τὰ θνῆτὰ πένθοντος, καὶ τὰ ἀθάνατα ἐνδαμνίζοντος*, id est, quod ostendit nomen, res omnes reliquas, praeter Deum, esse κενώτητα, *vanitatem.* Lege Sixt. Amamae Antibarb. Bibl. 2, p. 238, et nos propediem e Philone ad S. Paull. ad Hebraeos 11, 4. Sed, num forte in Iosepho, loco πένθος, *luctus*, legendum κενός, *vacuus, inanis?* Ni Codd. et Philo obstarent, sic dicerem.

Eod. libro, cap. eod. §. 3, p. 11. προεγνωστός ἀφ' αὐτοῦ μὲν Ἀδάμ τῶν ἔλων ἕσσεσθαι, *quum praedixisset Adamus, rerum omnium interitum fore.* Ita legit quiuis melior Manuscriptus, loco προεγνωστός in Editis Basil. et Geneu. Emendaue- rat quoque Vossius, de Arte Gramm. 1, 9, p. 42. Primum autem hominem *Prophetam* fuisse, Epiphanio etiam creden-

dendum, aduers. Haeref. 1, p. 6, Clementi Alex. Strom. 1, p. 135, et aliis. Praeterea, ex dicto Genes. 2, 23. **וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם מִפֶּתַח הַצֵּלָבוֹת** ab Origene, Commentario in Cantic. locum Adamo inter Prophetas dari, ulterius vide apud Huetium, in Notis p. 10. Meminit etiam libri, cui titulus *Reuelatio Adae*, ex Epiphanii Panario, Ath. Kircherus, Oedip. Aegypt. Tom. 2. p. 143. Et Moses Aegyptius, in More Neuocho. 3, 19, Zabios, ait, statueret, *τὸν πρῶτον ἐν γῆς γενόμενον*, **נבִיא וְשִׁירֵי הַלְּבָנָה**, *Prophetam et Apostolum Lunae* fuisse. Arabas iudem hoc facere, leges in Hottingeri Hist. Orient. 1, 3. p. 15. Sed, num Adamus de diluuiio, et fine mundi per ignem, vaticinatus fuerit, Scriptura nusquam memorat, nisi solo hoc loco Flauius.

Cap. 3, §. 8, p. 17. *Παρανώ μὲντοι σφαγῆς ἀνθρώπων ἀπέχεσθαι, καὶ καὶ δαμέντων φόνου, τὰς δαίσαντάς τι τοῦτον κολάζοντας.* Haec verba, quibus sanguinem effundere humanum, nefas esse pronunciat Deus ad Noachum, ita quondam translata erant: *Iubeo tamen, ut ab humana caede puras manus abstineatis, et, qui contra fecerit, se uere puniatis.* In Editis scribebatur, *καὶ δαίσαντάς τι*, quod iam ante Hudsonum reprehendit Seldenus, de Synedr. 1, 5. p. 64, scribens ex Isaac. Casauboni Notis MSS. marg. in Ioseph. *τὰς δαίσαντάς τι*, et vertit: *ac tale quid committentes, puniatis.* Hudsonus: *qui huiusmodi aliquid patrarint, poenis afficientes.* Rufini quidem interpretatio, (*Facientes quippe tale aliquid, puniturus sum.*) cum Graeco contextu non respondet, et Seldenus pro glossemate exscriptoris habet, qui in MSC. legerat, quod emendare voluit. Nam in Cod. MS. Bibliothecae Reg. ad S. Jacobi legebatur, *facientes quippe tale aliquid, perituros*; vbi postremum vocabulum, in *puniturus sum*, sed infeliciter omnino, postea transiit. Interim, non putarem, *καὶ* post φόνου plane abiiciendum, sed immutandum, esse, nempe in *γῆν*, seu *γαῖαν*. Quum enim verbum *καταγέειν* Accu-

fati-

satium requirat, vix commodius vocabulum inuenies. Verte igitur: *iubeo tamen, ut - - purgetis a caede terram, punientes hos, qui tale quid patrauerint.*

Cap. 4, §. 3, p. 19. fin. καὶ τῶ Ἐνυαλῆς Διὸς ἱεράματα, *Iouis Enyaliū sacra.* Recte legitur Ἐνυαλῆς, pro Ἐνυελῆς, quomodo corrupte in Editis scribebatur. Ita etiam, praeter Selden. de Diis Syr. Hauercampio adductum, correxerat Vossius, lib. 1, de Idolol. 16, p. 125, et addit: Videtur Rufinus, quum, quid *Enyalius* esset, ignoraret, vocem eam praeteriisse. Saltem nec in MS. meo comparet, nec in Editis vllis. Haec ille. Ex quo alius excerptit Lexicographus, voc. *Enyalius*, p. 672. Adde Vigerii Notas ad Euseb. Praep. Euang. p. 41, vbi itidem obseruat, Ἐνυελῆς scribi perperam.

Cap. 6, §. 2, p. 22. μετέβαλε δὲ ὁ νῦν ἔστιν αὐτῆς ὄνομα, ἀπὸ τῶν Μεστράιμω υἱῶν ἐνός, Λιβυὸς λεγομένω. Id est, *traxit autem* (regio, cui Phyte nomen,) *quod ei nunc est, nomen ab uno Mestraimi filiorum, qui Libys vocabatur.* Iosephus huic Μεστράιμω filium tribuit, *Libym*, seu *Libyum*, a quo Libyae coloni nominati sint, quibus prius nomen a parente Phuto fuerit. Enim vero, nullus *Mizraimī* (nam Μεστράιμω fecit Flavius ex Hebr. מצרים) filius, Λιβυὸς *Libyus* dictus fuit, nisi pro eo sumas להבים, *Lehabim*, vbi tamen oi LXX legunt Δαβιέιμ. Ex hoc nomine Bochartus in Phaleg, 4, 28, p. 316, non *Libyos*, sed *Libyaegyptios* deducit: nam *Libyos* a *stuculositate* denominat, quia לרב אפud Arabas *sitim* notet. Add. ibid. c. 33, p. 336. sqq. At licet alium populum, quam Iosephus, deducat Bochartus ex להבים *Lehabim*, nullum est tamen dubium, quin Iosephus h. l. ab eodem להבים denominatos *Libyos* putauerit. Ex cuius vero mente, forte pro Λιβυὸς, legendum Λάβυμος, vel Λάβιμος, aut etiam Λιβυμος scribendum erit. Quamuis priorem lectionem Λάβιμος praefendam putem, quod Scriptor paullo post idem vocabulum exprimit: τῶν
δὲ

δὲ ἄλλων, Λαδίσμης, καὶ Ἐνεμίμης, καὶ Λαβίμης, -- πέρα τῶν ἐνομμάτων, ἔδὲν ἴσμεν, *reliquorum autem, Ludieimi, et Enemimi*, -- *praeier nomina, nihil nouimus*. Ioh. Sibranda, in Notul. Postum. putabat, de nomine Libyae aliquid deesse; neque enim τὸ μετέβαλε commode conuerti posse *mutauit*, siue *mutatum est*. Quod non opus. Nam interpretare cum Hudfsono: *traxit nomen*; et bene huic loco conueniet.

Cap. 22, p. 59, in ipso fine libri 1: βιώσας γὰρ ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν μετὰ ἀρετῆς, ἕως ἀπέθανε. Hudfsoniana versio haec est: *nam quum vixisset* (scil. Isaacus,) *annos centum et octoginta quinque, summa cum virtute, defunctus est*. Quum Isaac aetas centum et octoginta annorum fuerit, auget eam Iosephus quinquennio. Sed forte legendum (τὰ) πάντα pro πέντε. Ita enim Noster saepissime loquitur; vt, lib. 2, c. 8, §. 1, p. 96, quando Iacobi mortem describit: τελευτᾷ δὲ βίος ἔτη τὰ πάντα τριῶν δέοντα πενήκοντα καὶ ἑκατὸν. Alibi, libro 4, dum Aaronis annos numerat, βίος, inquit, ἔτη τὰ πάντα cet. Lib. 5 memini, Eli Pontificis annos sic indicari: βιώσας ἔτη τὰ πάντα - et ita porro. Consentit Drusius, Annot. in Genes. 46, 27, vbi ad τὰς LXX, de numero eorum, qui cum Israele Aegyptum ingressi erant, loquitur, et πέντε additos, librarium culpa, ait. Pergit postea: Idem accidit Iosepho, Archaeol. lib. 1, vbi scribit, Isaacum, quum vixisset annos CLXXXV, defunctum esse. Atqui constat, ipsum defunctum anno aetatis CLXXX, Genes. 35, 29. *Quinque* ergo additi sunt vel a scribis, vel ab ipso denique Iosepho. Conferendus est idem V. D. in Not. ad Sulpicii Seuer. 1, 23, et add. Schotanus, Bibl. Sacr. T. 2, p. 404. etiam Hauercamp. ad h. l.

Lib. 2, cap. 1, §. 2, p. 67, ἐκ Βασεμάθης, *ex Basematha* Raguel dicitur Elauo genitus. Elauus enim πολύγαμος fuit:
B inde

inde non Iudaeis saltem, in Targum Hierosol. ad Genes. 25, verum ipsi D. Scriptori ad Hebraeos, 12, 16 *πόγνος και βέβηλος* vocatur. Tres nempe uxores, omnes binomines, (sicut observavit R. Menasse ben Israel, in Conciliat. Quaest. 51, p. 76,) habuit, et patet praeterea ex Genes. 26, 34. 29, 9. 27, 2. 3. Fuit in his *בַּשְׁמַת*, *Basmath*; quod nomen bis occurrit. Immo vero binas huiusce nominis uxores duxerat: vnam, quae alio nomine *Ada*, aut Syriaco typo *אדא* *Adiatha* dicta fuit, filiam Elonis Chittaei; alteram, cui aliud nomen *Machalath* erat, filiam Ismaelis. Hanc Eusebius, Praep. Euang. 9, 25. p. 430 *Βασσάρων* vocat, ac Iobi matrem facit. Vigerius ait in Notis ad h. l. p. 44, *τῆς LXX* eandem vocare *Bossaram* ad Genes. 36, 13: quod eo loco non inueni; ibi enim nominatur ab illis *Βασσεμάδ*. Iosephus quater mentionem illius facit. *bis*, Antiqu. Iud. 1, 18. p. 29. *semel* in hoc loco, vbi Editiones, praeter Hauercampianam, corrupte habent *Μοσαμήδης*. *quarto*, ni fallor, occurrit nomen lib. 8; ita enim et Salomonis filia appellata fuit.

Cap. 7, §. 7, p. 95. *μετακίσθησαν ἄλλος ἀλλαχόσῃ ἔπος βεβυλία γένηται τῷ βασιλεῖ τῆς χώρας τῶν ἡκτῆσις, πλὴν τῶν ἱερέων. τῶτοις γὰρ ἔμενον ἡ χώρα αὐτῶν.* Quando Aegyptii, fame diuturna macerati, agros vendere, victus vitaeque conseruandae causa, cogebantur, alius alio migrare, vt certius Regi dominium in istorum fundos accresceret, compellebantur. Excepti vnice erant, quibus agri illorum seruabantur, Sacerdotes: quod Iosephus h. l. indicat per verba, *πλὴν τῶν ἱερέων τῶτοις γὰρ ἔμενον ἡ χώρα αὐτῶν* quae Gelenius reddiderat: *soli Sacerdotes immunitatem et agros retinuerunt.* Enarrat Iosephus, quae habentur Genes. 47, 22. *וְרַק אֶרְמַת הַכֹּהֲנִים*, i. e. *exceptis Sacerdotum fundis*, et statim, eodem commate, *וְעַרְכָן לֹא מָכְרוּ אֶת־אֶרְמַתָּם*, et *ea propter non vendiderunt terram suam.* Quae vltima, quum b. Lutherus vertat, *darum durften sie ihr Feld nicht* ver-

verkauften, non illum sensum habet, ac si coacti fuissent Sacerdotes, ad non vendendos agros suos, sed ad illos necessario retinendos: verum, quod illi, si quos forte proprios haberent, vendere agros vitro haut voluerunt, Regique ad emendum offerre. Neque enim agri a Rege erant Sacerdotibus deputati, sed tales, qui tamquam peculium aliquod ab ipsis possidebantur. Habuisse praeterea Aegyptiorum Sacerdotes salaria annua, Ath. Kircherus, Oed. Aeg. T. I. p. 119. sq. euicit, et in Geneseos loco dicitur *אכלו את חקם*, i. e. *et comederunt cibum deputatum suum*. Nam vocabulum *חן* de certa portione et demensa cibi parte occurrit Prou. 30, 8, quando Agur *חן חן* panem deputati sui orat: et iterum de deputato, quod porrigit sedula materfamilias puellis suis, *חן*, Prou. 31, 15. Ex quibus satis patet, partim, Lutheri verba haec sibi velle: *darum brauchten sie nicht, ihr Feld zu verkaufen*: partim, *immunitatem*, quae h. l. Gelenius in versionem Iosepho intulit, nullam esse. ac melius fluere *Hudsonianam*: *praeter Sacerdotum. his enim sua conseruata est terrae portio.*

Cap. 9, §. 4, p. 99. *Ἰωαχέβη*, Joachebela vxor Amaramae, mater Mosis fuit, quae Exod. 6, 20 *יוכבד* Jochebed dicitur, Graece *Ἰωαχέδ*. Epiphanius, Haer. 30, §. 25, p. 150 scribit *Ἰωαβέρ*. et p. 160 legitur apud eundem *Ἰωαβέθ*. Oī LXX bene reddunt *Ἰωαχέδ*. et vitiosa est lectio Iosephi, quam ipsa Hauercampii editio seruat, *Ἰωαχέβη*. Enim vero, Jochebel etiam a Plinio 30, 1, Mosis mater vocata est, dum ait: *est et alia Magices factio, a Mose etiamnum et Iammae et Iochebel Iudaeis pendens. Fuit autem Iochebel ipsius Mosis mater.* Qui locus Plinii, ab Hornio et Berneggero in Not. ad Iustinum 36, 2. §. 11 citatus, ibi corruptus dicitur, et legendus esse ex Sacris, *Iochebed*. Quod ipsum etiam obseruat Bochartus, Hierozoic. P. 1, 2, 53, p. 645, vbi inter alia Plinium reprehendit, quod *Iochebedem* vel *Io-*

chabelem in Magis numerat, quàm Mosis fuerit genitrix. Fatetur tamen ipse Plinius, *Iochabedem* matrem Mosis existisse: inde pro *Magà* habitam fuisse, certum. sicuti Moses pro *Mago*, in Iustino, Apuleio, Strabone, et aliis. Paullo infra, idem Bochartus l. c., esse, ait, qui pro *Iochabele* scribunt *Ietape*; (addo ego: *Iodape*.) Sed nullo sensu. Satis igitur constat, nomen *Ιωχαβέλη* corrigendum esse, et primo quidem, A in Δ, quae facillime permutari possunt, quod in Notis ad Iosephi locum, ipse Eduard. Bernardus passus est: deinde, A in *Ιωαχ* --- omittendum esse, ipse Flavius innuit, Archaeol. 3, 5, §. 3, p. 128, ubi nomen per A quidem vitiose scribitur, ceterum τὸ A omittitur, ita: Μωυσῆς ὁ Ἀμαρῆναιος καὶ Ἰωχαβέλης υἱός. Ita enim legi ibidem oportere, e MSS. euicit Hauercampius, pro *Ιωχαβέλης*. Igitur et hic A abiiciendum, et iuxta Hebraicum idioma scribendum est *Ιωχαβέδη*. Sic igitur in Iosepho corrige.

Lib. 3, cap. 6, §. 5, p. 135 sic legitur: Ἡ δὲ (scil. *αἰβοτός*) Ἐρῶν μὲν καλεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλώτταν. *Arca vero, Eron* quidem dicitur lingua nostra vernacula. Clemens Alexandrinus, Strom. 5, p. 563, Federis Diuini arcam. *Theobtha* nominatam Hebraice fuisse, ait. Verba haec sunt: *αἰβοτός ἐν τῇ ἑβραϊκῇ ὀνόματος Θεβωθὰ καλεμένη*, *arca ex Hebraico nomine appellatur Theobtha*. Digitum intendit vir pius ad Hebraicum *תְּבַח*, *Thebah*, quod *arcam* significat. Fallitur tamen eo, quod arcam Federis, *תְּבַח*, *Thebah*, seu, ut ipse effert, *Θεβωθὰ* nominatam fuisse, adferit. Illa enim *אֲרוֹן*, *aron*, dicta est. Ludouicus de Dieu, in Animadu. ad Exod. 25, 10. p. 59, ex Hebraea, ait, lingua, vocis huius etymon non adeo facile peti posse, sed arcessendam Radicem esse ex Aethiopica, in qua *ארה* (quod Hebraeis notat *carpsit*, *decerpit*.) significet *colligere*. Matth. 13, 28. 30. Hinc recte *אֲרוֹן* esse, *in quam res colliguntur asseruandae*. Joh. Spencerus, in libro famigeratissimo, de Legib. Hebr. ait.

rit. 3, 5, r. p. 751. (ed. Cantabr.) etiam ex hoc nomine fucum quaerit suae sententiae, dum arcam Federis, e Sacris τῶν ἔξω, in sua, a Summo Numine tractam esse, probare annititur. Quum enim Gentiles, (vtar interim hoc vocabulo,) Aegyptii praefertim, *arcam mysticam*, Deorum continentem arcana, *arcam etiam feralem*, Deorum reliquias et simulacra seruantem, in Sacris habuerint, Deum O. M. vnicam Iudaico populo arcam indulsisse, arcae tamen *hoc ambigui sensus nomen tribuisse, vt inde cognoscant Israelitae, eam cistas et θήσας, aliaque sacra, quae in Aegypto videntur, in vna se complecti*. Quod etiam de Graeca voce τῶν LXX, ἡθωτός, affirmat. Hoc est acute sapere! et virum pro merito castigauit Venerabilis Lubecensium Praeful, Patruelis meus ac vere Parens, in Apparatu Antiqui. S. Cod. 2, r. p. 275. Ipsum nomen אַרֹן *aron*, idem est, quod Iosephus h. l. Ἐρῶν nominat. pro quo in Edit. Basil. et Geneuens. legitur Ἐρώων, et Gelenius vertit *Heoron*. Antiqua versio Teutonica (modo operae pretium sit, Teutonicam hanc adducere,) sic habet: *welche (Lade) in Hebreische Sprach Heoron genannt wird*. Itaque vox Ἐρώων videtur Hebraicum esse אַרֹן *haaron*. Dubito igitur, vocemne corrigam, nec ne? Quum enim vocale punctum, Kamez, Iudaei vt ὦ pronunciant, mixto tamen cum ᾰ sono, (vt obseruat etiam Acoluthus, de Aquis Amar. 2, §. 10, p. 81,) ipsis אַרֹן *aron* idem est quod ᾰρῶν. Sed, si ita scribitur prior syllaba, ἔ etiam in ὦ mutandum foret, ita: ᾰρῶων. Sic hodierni Iudaei pronunciant; et in Iosepho vestigia deprehendimus, quibus probare possumus, illos Kamez vt ὦ vel ᾰ pronunciaisse. siquidem vox אַרְנָן *arnan* Chron. 22, (Hebr. 21,) 15. τῆς ὄ, ἀρνῶν, Iosepho autem ᾰρνῶνα dicitur lib. 7, 10. Quid vero? si ἔω in ᾰ mutetur, et pro Ἐρώων scribatur Ἀρῶων? Sic etiam Epiphanius habet, de mens. et pond. p. 162. De Apocryphis enim loquutus, eos nimirum, quia in numerum Scripturarum S. non re-

lati sunt, propterea nec in arca Federis fuisse, (si modo haec verba ipsius Epiphanii sunt, et non ad oram tantum adscripta: vt Petavius ait in Not. ad l. c. p. 378.) ita fatur: διὸ δὲ ἐν τῷ Ἀαρὼν ἀνετέθησαν. τῆτε ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῇ. vbi recte in margine notatur, ante ἀνετέθησαν negationem deesse, et τῆτε idem esse ac τῆτεσι. Sic vero locum vertit Petavius: *unde nec in Testamenti arca collocati sunt.* quae ad verbum reddi possent: *unde in Haaron (non) collocati sunt, hoc est, in Testamenti arca.* In versione omisit Petavius Ἀαρὼν, quod in margine, et postea in Notis l. c. legendum monet Ἀρὼν. Sine caussa. quum prius α cum spiritu aspero exprimat Hebraeorum Heh emphaticum, siue demonstrativum, cuius punctum ante indagabilem, qualis Aleph, est Kamez. Non itaque inusitata Graecis esse potest scriptio Ἀαρὼν. vt adeo facile permitti queat, si ita scribatur in Iosepho. Vin plura? Bernardum, Hudsonum, Relandum lege ad h. l.

Cap. eod. §. 6, p. 136. ἐν τῷ καλεμένῳ ὑφ' ἡμῶν Σαββάτῳ τὴν γὰρ ἐβδόμην ἡμέραν Σάββατα καλεῖται. Iudaei, vt Theophylactus, Enarratione in Luc. 6, p. 124 ait, omne Festum vocant *Sabbathum*: immo, eodem observante, ad cap. 18, p. 187 *Septimanam* eo nomine insigniunt, quem vide. In primis Philonem lege περὶ ἐβδόμης καὶ ἑορτῶν. Proprie tamen *septimum diem* saltem dici Sabbathum, observat Epiphanius, Haeref. 30. P. I. p. 158, (Σάββατον,) inquit, τὸ κατὰ ἑβδομάτα ἀνοικυκλῆμενον φύσει Σάββατον. (*Sabbathum*) *quod septeno dierum orbe reuoluto celebratur, proprie Sabbathum dicitur.* Sed, forte in Flauii loco, pro Σάββατι, scribendum numero singulari Σάββατον.

Cap. 7, §. 2, p. 140. Ἔτος ὁ χριτῶν - - Μασσαβαζάνης δὲ καλεῖται. Primo, recte sustulit interpunctionem recens Editor post μετὰ Φρενον, neque enim finitur periodus. Deinde, vocabulum Μασσαβαζάνης corruptum est, et nihil vide-

videtur significare. Bernardus quidem, Viri alicuius docti diuinationem, ἐν μέσω τῆς ζωῆς ἀναδέεται, pro μεσσαβαζάνης καλεῖται, Hellenismi inanem nominat: quae emendatio pro repetitione haberi posset eorum, quae Iosephus ante dixerat, nempe *tunicam balteo cingi*. At Steph. le Moine verum videtur sensum huius vocis aperuisse. Legendum enim is putat ex Chaldaeo, מִצְנֶפֶת, quasi μεσσαβαζανὰ pro μασσαβαζάνης. Interim vocem Bernardus deformem vocat, et Chaldaicis ignoram. Sed, pro מִצְנֶפֶת legi etiam posset מִצְבָּצָב, μεσββαζα, quod cum analogia Hebraeae linguae optime conueniret. Vt sit, certum est, vocem μασσαβαζάνης apud Iosephum nihil aliud significare, quam *tunicam operis laqueati*, Hebraeis כִּתְנֵה הַשָּׂבִיב. Vnde etiam liquet, Iosephum, cum ceteris doctoribus Rabinicis, credidisse, non tantum Summi Pontificis, sed et ceterorum Sacerdotum tunicam, laqueatam fuisse. Plura dabit Braun. de Vest. Sacr. Hebr. 2, 2. p. 464-466. Paulo post, dicitur §. 3, p. 141. in Iosepho, πῖλον ἀκρονον (*pileum non fastigiatum*) Ἀρχιερέως vocari μασναεμφθῆ, quam vocem Solerius, lib. de pileo, p. 257 emendat in μασναέφθης. Hebraea vox, מִצְנֶפֶת miznephet dicitur. V. Relandus ad loc. Flau. Forte corrigendus Iosephus, ac legendum vel μασναεμφθῆς, vel saltem μασναεφθῆς.

Cap. 8, §. 1, p. 158 vnus ex Aaronis filijs scribitur Νάβαδος, *Nabadus*, qui Hebraice tamen נָבִיב legitur. LXX etiam sic reddiderunt. Putant, per hyperthesin ita Flauium scripsisse, pro Νάδαεος. In Procopio quidem, ad Iesai. p. 99 *Nabād* legitur, Latina versione seruante *Nadab*. Et recte. In Eliae Cretensis Comm. ad Gregorii Nazianz. Or. 7, p. 229 semel *Nabād*, vitio forte typorum, legitur, quum eadem statim et sequente pag. saepius *Nadab* scribatur. Et, si compositam consulas vocem, עֲמִינָדָב, *Amminadab*; non tantum Iosepho, Archaeol. lib. 7, 2, p. 406, Ἀμινάδαεος est, sed etiam Epiphanio, adu. Haeref. 1, T. I. p. 11, item

66, §. 84, p. 704. scribitur Ἀνωδάδς. Nec aliter legitur in Ancorato, Opp. T. 2. p. 118. Sic etiam optime p. 62, si excipias, quod in fine vitiose legitur μ pro β, nempe Ἀνωδάδς, qui tamen pater Nahaffonis erat. Igitur in Iosepho h. l. absque omni controuersia legendum erit Νάδαβος quomodo ipse Iudaeus scribit lib. 8, c. 2, §. 2, p. 418, et in hoc loco seruat Cod. Hennebergens. Νάδαβος.

Lib. 4, cap. 4, §. 6, p. 207. Mariamma (מרימא aut מרימא) obiisse dicitur, μνός δὲ Ἐανθιμὸς νεμηνία κατὰ σελήνην. Hudson. *mensis Xantici neomenia secundum lunam.* Iterum, §. 7, ad fin. Cap. κατὰ σελήνην νεμηνία, *in mensis initium secundum lunam.* Gelenius tamen substituit *luna prima*, et quidem recte satis, si, iuxta Thucydidis Neomeniae Lunarum notionem, (qua Neomenia κατὰ σελήνην *secundum lunam*, est ipsa Lunae ἡ γέννα, seu *natiuitas*,) Graeca Iosephi verba intelligenda sunt. Nam et scimus, interlunii tempus post Synodum, *lunam primam* Latinis vocatam; vid. Vitruuius 9, 4. Plinius, atque alii: et Phasin, diesque sequentes, *secundam, tertiam*; et sic porro. Atqui Rufino, priori in loco, pro Graecis illis habetur *mensis initio secunda luna*; uti in posteriori, *secunda luna initio mensis.* Quae etiam exemplaribus Rufini MSS. binis, in bibliotheca S. Iacobi regia, sunt consona, teste Seldeno, in libro de Iudaeorum anno ciuili, et Kalend. Iud. c. 10, p. 107.

Cap. 6, §. 10, p. 220. Zambrias dicitur Χοσβία θυγατήρ Μεδιανιτιδῆ, Σέξε θυγατήρ, *consueuisse Chosbiae Madianitidi, Suris filiae.* Ita omnino reponendum pro Χοσμὶ θυγατήρ Μεδιανιτιδῆ "Ουξε, quam lectionem seruant vulgatae Editiones. Midianitica filia, quaecum scortatus est Simri, כַּוְצִי *Cosbi* nominabatur. Oī LXX, Χοσβί exprimunt. Iosephus, §. 12, p. 222, Χοσβίαν vocat. Gelenii et Teutonice versiones: *Chosbi.* Et ipse mallet in hoc loco scribere χοσβί quomodo legisse censendum est Exemplar Busbequianum, in biblio-

bibliotheca Caesarea, pro *χοσμῆ*: Similiter vnice recta lectio est *Σέβης* pro "Ουβς. nam Chosbiae pater Hebraice *צב* Zur dicitur, et Iosephus infra scribit *Σέβης*.

Cap. 7, §. 4, p. 225 describitur Moses Asyla aperuisse, tempus autem exilii statuisse vitam Pontificis, sub quo homicidii reus profugisset. Addit tamen Iosephus: *ἐχόντων ἐξέσταν τῶν τῶ πεφονευμένω συγγενῶν κτείνειν, εἰ λάβοιεν ἐξω τῶν ὁρῶν τῆς πόλεως, εἰς ἣν ἐφύγε, τὸν πεφονευκότα*. Quae verba male Gelenius transtulit: *licere cuius e cognatis interemti, homicidam impune occidere, duntaxat extra orbem refugii deprehensum*. Ultima ad homicidium saltem inuoluntarium referuntur. At recte verterat ante Rufinus: *habentibus scilicet potestatem cognatis peremti*, (id est, quicumque peremto, esset sanguine proxime coniunctus, iuxta stemmatis hereditarii rationem. non, *quius e cognatis*; vt Gelen. putat.) *occidere homicidam, si eum extra terminos ciuitatis, ad quam fugerat, inueniret*. Conf. Seldeni de I. N. et G. lib. 4, c. 1, p. 469. Ita etiam Hudsonus putauit, dum vertit: *cognatis interemti potestatem habentibus*. Paucissimis interiectis, vrbes nominantur, in perfugium constitutae: in quibus vna est Ἀριμανον, τῆς Γαλαθῶν ὄχης. Hudsonus: *Arimanum, in terra Galadena*. Vrbs est in Gileath, Hebraice *רָמוֹת* Ramoth dicta. LXX *ραμῶθ* vocant. Recte. quemadmodum etiam alibi Iosephus Ἀραμῶθιν vocat; vbi Teutonice tamen translatio *Ramatha* habet. Sed, forsitan et hoc loco sic scribendum, nisi prius ei amputandum est, legendumque *ραμῶθιν*, seu potius *ραμῶθιν*. Quid? si malueris Bernardum scqui, qui Flauium putat edidisse suo aeuo Ἀεβμαν, vel Ἀραμῶθιν fieri autem ex *רָמוֹת*, *ἀραμα*, et *ἀραμῶθ* ex *רָמוֹת*, adsciscente sonum ac vim a Graecanicae, vt saepe amat.

Cap. 8, §. 41, p. 250 Iosephus ait, ex lege immunes a bello fuisse *καὶ τὰς μνηστευαμένους, καὶ νεοτὶ γεγαμηκότας*. Quae verba omnino reddenda sunt: *et sponfos, et, qui nuperrime*

uxores duxerant. Ita etiam Rufinus, et cum eo Ioh. Hudson, transtulerunt. Nam male in Geleniana substitutum erat: *qui desponsata uxore nondum eam domum duxerant.* Seldenus, de uxore Hebr. c. 3, p. 238. ad h. l. euoluendus, et addendus est Notis in Flauium. Sed, pro *μησευσαμένες*, Sambuci Cod. et Hennebergensis legunt *μησαμένες*. verbo bono ac vetere, inquit Bernardus. Et recte quidem. Nam penes Homerum proci Penelopes eam *μνάσθαι* dicuntur. Et apud Lucianum occurrit *μνάσθαι γάμον*. Itaque mallem in contextum recipere vocem inusitatiorē, *μησαμένες*.

Ibidem, §. 44, p. 252 de Mose dicitur: *συνεχῶς γὰρ ἐξ-ἐκκλησίασεν*. Hunc locum adducens Viringa, de Synag. Vet. p. 82, reprehendit Gelenium, qui verterat, *nam continenter conciones aduocabat*. Nescio, ait, annon vocabulum *ἐξ-ἐκκλησίασεν* heic loci rectius transferatur per *concionari*, *concionem habere ad populum*, quam per *concionem aduocare*; sic, vt verba *συνεχῶς ἐξεκκλησίασεν*, hoc significet: Mosen, sub vltima vitæ suæ, frequenter ad populum esse concionatum. Vide Suidam, ad voc. *ἐκκλησιάζων*. Similiter Hudsonus habet: *assidue enim concionabatur*. Sed facerem tamen cum Gelenio, quod in sequentibus *ἡ εὐλογία καὶ κατὰ* distincte adiiiciuntur. quamuis ista duo tandem coincidunt. Interim *ἐκκλησία* vniuersalem conuentum et sollemniam indicant comitia: veluti multitudo ad Sinai congregata, Philoni *ἐκκλησία* dicitur, lib. de Decalog. p. 750, ipseque Deus fertur *ἐκκλησιάζειν* apud eundem, p. 749. Similiter S. Stephanus in Actib. Lucae, 7, 38, de eadem re ait: *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ*. Ei vocabulo respondet Hebraicum *קָהָל*, cuius vim exprimit D. Scriptor ad Hebraeos per *πανηγύξει καὶ ἐκκλησία*.

Lib. 5, cap. 1, §. 2, p. 262, nota illa describitur historia, de exploratoribus, e castris Israelitarum in Hierichuntinam urbem, missis, atque deuersis apud Rachabam, *σέβ-νην*.

vñ. quam *cōpam* verto. Illa pro beneficio pacificitur cum
κατασκόποις pro se salua, suisque; hoc signo indicans: *πρὸς*
τῶν θυγῶν (sic ait Flavius,) *ἀνατείνασαν φοινιδας*, i. e. *ianus*
lemniscos puniceos appendens. In S. Contextu legitur *כַּחֲלֹן*,
 quod vocabulum vulgo vertunt, *in fenestra*, vnde etiam
 milites Hebraei submissi erant: Septuaginta autem reddi-
 derunt *εἰς τὴν θυγίδα*. Itaque et in hoc loco, Schotanus,
 Bibl. 5. T. 2, p. 356, atque cum eo, Hauercampius, putant
 Iosephum *θυγῶν* posuisse pro *θυγίδος*. Enim vero, Hebrai-
 cum *חַלּוֹן*, eadem nimirum notione, qua *ἡ θυγά*, (quod
 idem est, ac in Numero Plurium *αἱ θυγαί*.) item *ἡ θυγάς*,
 porro, qua Latinorum *fenestra*; sumitur pro *quouis patu-
 lo, qua transitus aditusque est*. nec inter Iosephum adeo
 et Iosuae librum repugnantia intercedit. Pro *φοινιδας* le-
 gerant numero minimo, Epiphanius Scholasticus et Zona-
 ras Drungarius *φοινίδα*, *coccineum funem*. quod non in-
 eptum est. Nec displicet Viri docti coniectura, *ἀνατείνα-
 σαν φοινίδα*. Sed, quia Iosephus in historia patria, Racha-
 bam, *πέγνην* vocat, quemadmodum etiam LXX, Iacobus,
 Paullus, Clemens Romanus faciunt, addo hac occasione,
 (si licet,) vocabulum *πέγνη*, quod est a *περγάω*, *περγάσω*,
vendo, alimenta subministro, notare partim *hospitam*, quae
 cibum et potum dat peregrinis, partim *meretricem*, quae
 victum ex se voluptati praebet. In Hebraeo Rachaba audit
זונה *Zonah*, quae vox deduci potest vel a *זון* *alere*, vel a
זנות *scortari*. Hoc loco Rachaba, tamquam *caupona* quae-
 rebatur abs *κατασκόποις*, cuius in diuersoroli ac *διατελεθῆν*
 (Iosephus *καταλύγιον* vocat,) habitare, et pernoctari pote-
 rant. Eandem Ionathan Targumista vertit *פּוּדְקִיתָה*, i. e.
pandekitha, seu *πανδοκίταιον*, quae est vox pure Graeca
πανδοκίς, *caupona*. Interim, apud Hebraeos quaelibet *זונה*
caupona vocabatur *meretrix*, quamuis castam amabat pu-
 dicitiam: quia tamen pleraeque quaeustum corporis facie-
 bant. Nomen vero *πέγνη* apud Graecos pro *caupona* ad-
 hibe-

hiberi, Erasmus Schmidius non concedit, sed semper pro *meretrice*. Addo Philonem, qui integro libello *περι τῆς μισθωμᾶ πόρνῆς εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι*, (vertunt, *de mercede meretricis non accipienda in sacrarium*), πόρνην pro *ἐταίρῃ scortillo*, *meretricula* adhibet, et in ipso initio sic describit: *πόρνη, πεπεραιωῖα τὴν ἰδίαν ὥραν, ἐλομένη ἔνεκα λιμναίων εἰσχυρῶν ἐπονείδισον εἶον, femina formam florentem venditans, et vitam probrosam professa, quae stus gratia*, atque in seqq. figuram, dicta, facta, puellae eiusmodi meretricis spirantibus describit coloribus. Alibi etiam semper πόρνην pro *scorto* vsurpat. Grotius, ad Hebr. 11, 31, de more Veterum, cauponariam simul et quae stum corpore exercendi, producit *L. Palam §. Si qua*. Item, *D. de ritu nuptiar*. Et, *L. Qui adulterium, C. de adulter*. Itaque, per me, in Rachaba utrumque verum esto. (forte respuit: quia *πίστεως* illius mentio occurrit.) Sic *τελώνει* sunt in N. T. *ἀμαρτωλοὶ*, et cum *πόρνοις* coniunguntur Matth. 21, 31. Sic histriones, mimi, comoedi, apud Patres atque veteres ICtos, scortatores vocantur ac infames. et Iustinianus Imp. in Nou. 105, c. 1, ludos in theatro, *πόρνεως* nominat. κ. τ. λ.

Cap. 8, §. 4, p. 300. legitur: *καὶ γενόμενον τὸ παιδίον Σαμψῶνα καλεῖσιν ἰσχυρὸν ὃ ἀποσημαίνει τὸ ὄνομα. natumque infantem Samsonem nominant. fortem vero significat nomen istud*. Quum in hac Simsonis historia, multa omnino aduersus Scripturam S. Iosephus commemoret, nec diuinando aliquis assequi possit, qua ratione vocabulum *ישמעאל* significare *ισχυρὸν robustum* queat: in ea confirmatus cogitatione inhaereo, annon forte pro *ισχυρὸν* legendum esset *ἡλιανόν*, quod *virum solem* innuit, et a *ἥλιος* deriuatur, i. e. *Sol*. Inde etiam *Ossenos*, quia nimirum *Solem* adorauerint, Sampsicos appellatos fuisse, Dionys. Petauus Animadu. ad Epiphani. p. 17. recte ait. Quod nomen ipse Epiphanius, Haeref. 53, Opp. T. 1, p. 462, interpre-

pretatur per *Solares*, ita inquit: Σαμψάδοι ἐξημερεύοντα Ἡλιακοί, *Sampsei idem quod Solares significant.* Conf. Schotani Biblioth. T. 2, p. 480. Et haec adde Observationibus in Iosephum Hauercampii, qui ad h. l. vnum Iſaac. Voffium adduxit, Castigat. Auctario ad Hornium, p. 362.

Lib. 6, cap. 1, §. 4, p. 313, vbi Arca Federis narratur, Kariathiarimam translata in domum Aminadabi, ibi per annos viginti permanſiſſe, poſtea additur: ποιήσασα παρά τοῖς Παλαιστίνους μῆνας τέσσαρας, *quum apud Palaestinos quattuor menses fuisset.* Atqui docent Sacrae literae, commoratum per septem fuisse menses, in terra Palaestinarum, Arcam Federis. Itaque in Iosepho, pro τέσσαρας, legendum est sine mora, ἑπτὰ. Idem pariter obseruauit Drufius in Notis ad Sulpic. Seuerum, quem adducit Schotanus, T. 2, p. 541. Ita ait: in Iosepho μῆνας τέσσαρας emendandum est ex loco 1. Samuel. 6, 1, maxime quum in Rufino sit *mensibus septem*, id est, μῆνας ἑπτὰ. Atque ita est omnino. Locum autem Iosephi, ac eius computationem adduxit, et, cum citat. Samuel. ῥῆσει conspirare, docuit Ampl. I. G. Walkerus, in elegantii Animaduersion. Histor. Chronolog. libello, vix ante mensem edito, p. 363. Porro adiicio, pro ποιήσασα, quod h. l. Flavius scripsit, non legendum esse οικήσασα, vt aliquis volebat. Sed salua ac integra lectio est. Nam Relandus eleganter notauit, Latinos etiam dicere *fecit tot annos*, pro, *fuit ibi per tot annos*. Et Celeb. Ernesti, in margine Iosephi sui, adscripserat loca παράλληλα, (vt illa adducam, cum pace Praeceptoris mei,) Act. 18, 23 καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ ἐξῆλθε. et Iacobi 4, 13: καὶ ποιήσομεν ἐνῆν ἑνιαυτὸν ἓνα, vbi vtriuque ποιήσας sumtum est pro *habituauit, commoratus est*.

Lib. eod. cap. 6, §. 4, p. 327: καλέσας ὁ βασιλεὺς (ὁ Σάουλος) Ἀχιτωβὸν τὸν ἀρχιερεῖα, ἐπέλευσεν αὐτὸν γινῶναι, εἰ δίδωσιν ὁ Θεὸς ἀντοῖς, -- Verterat Gelenius: *accito Pontifice, iubet eum diuinam super hoc voluntatem quaerere.* Apud Seldenum,

de Succell. in Pontif. Hebr. 1, 3, p. 123 haec redditur interpretatio: *vocavit rex Achitobum Pontificem, iussitque, ut consuleret, an Deus annueret.* et, post alia interiecta, ita pergit: Opinor, Iosephi exemplaria, (vnde recentiores Ἀχιτωβον habuere,) hic imposuisse, et non Ἀχιτωβον, sed Ἀχιαν legendum. Suadent, quae paullo ante in hoc Capite occurrunt, §. 2, p. 325, καθεζόμενοι δ' αὐτός τε καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἀχίας ἀπόγονος ἂν Ἡλεί τῆ ἀρχιερείας, ἐπὶ βανῶ ὑψηλῶ, καὶ τὴν γῆν λεηλατημένην ὄρωντες, ἐν ἀγωνίᾳ δεηθῆ καθεστήμεσασ. Dum autem Saulus, et filius eius, et Achias Pontifex ex posteris Eli Pontificis, super colle excelsio sederent, et terram deuaslatam conspicerent, grauius animis angebantur. Nam eodem ipso tempore Achias Pontifex ibi dicitur. Certe Gelenius, vt videtur, ne, alium Pontificem ibi admitteret, Achitobi nomen in versione sua postea praetermisit. id quod etiam Spanhemius obseruauit. In veteri autem Rufini versione, Achias hic tantum Sacerdos dicitur, adeo, vt qui ea vsi fuerint, nec Iosephi Graeca consuluerint, alium, praeter Achitobum, (quem Rufinus etiam Sacerdotem tantum vocat: sed res ipsa, Pontificem ibi innuit, ostendit.) ex Iosepho Pontificem elicere nequirent. Facit porro cum Seldeno Hudsonus in Notis; qui Codicis etiam Varricani lectionem adducit: Ἀχιτωβον τὸν ἱερεῖα κελύει αὐτόν. Pro Ἀχιτωβον legendum est Ἀχιαν. ἱερεὺς autem idem hoc loco qui ἀρχιερεὺς, i. e. Summus Pontifex. Quamuis enim Ἀρχιερεὺς in antiquis Inscriptionibus ac Glossis plerumque simpliciter est ἱερεὺς, tamen etiam ἱερεὺς eandem quam ἀρχιερεὺς, (quia haec vocabula promiscue vsurpantur,) potestatem habet. Sic Philo, lib. de Monarch. p. 825 ἱερεῖα nominat, quem proprie ἀρχιερεῖα debuisset. De interdicto enim connubio viduarum loquutus, ait, ἱερεῦσι non licere viduam ducere; quod de Summis solum Pontificibus, non de reliquis Sacerdotibus, ex Leuit. 21, 12 demonstratur. Adiuncta igitur consideranda sunt, num, si ἱερεὺς ponitur, μέ-

μέγας subintelligatur: aut, si ἀρχιερέως nominatur aliquis, num is simpliciter fit ἱερέως. Nos plura dabimus super loc. ad Hebraeos, μέγας ἀρχιερέως τῆς ἐκκλησίας.

Cap. eod. §. 4, p. 330, quando Samuel Summum Numen comprecatur, ut cum Saulo rediret in gratiam, Deum, pergit Iosephus, existimasse, εἰ ἔχει δικαίον, ἀμαρτήματα χαρίζεσθαι παραίτησιν. quae verba Hudsonus sic conuertit: non instum esse, huiusmodi peccata alterius precibus condonare. Vocem παραίτησιν prior Interpres in singulari reddiderat, deprecatoris: Teutonicus autem ex Latino: um eines Fürbitters willen. Alii malunt in numero plurium, deprecatoribus, aut etiam deprecantium, intercedentium. Hudsonus itaque Epiphanium, Vatican. ac plures sequutus Codd. MSS., qui habent ἀμαρτήματι χαρίζεσθαι παραίτησιν, sic vertit, ut vidimus, (nam alternant istae phrasae, sensu eodem seruato.) Παραίτησις autem est deprecatio. sicut παρητητής idem ac μεσίτης: quomodo Moses in N. T. vocatur. Non male igitur Flauium Schotanus reprehendit, in Bibliothec. T. 2, p. 595, at, o Iudaeae, inquires, quid tibi de Mose videatur, cuius precibus Deus peccata populi condonauit? - - -

Lib. 7, cap. 1, §. 1, p. 36, rectius habet Hudson. eum (scil. Amalecitam,) interim praecipit, (quibus Graeca exprimuntur ἐπέλευσεν αὐτὸν ἀπολέσθαι.) pro eo, quod prior transtulerat Vir doctus, duci hominem mandauit, nisi intelligere ibi malis, ad mortem; aut tale quid. Ceterum, homo propterea occidebatur, quia, ut Iosephus ait, αὐτὸς αὐτῶ γένοιο κατήγορος, ἀνελὼν τὸν βασιλέα, ἑστὸς αὐτοῦ ἐξήγγειλε, qui Regem interfecisset, et consentiunt Sacrae literae 2. Sam. 1, 16. τὸ αἶμα σε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν σε, ὅτι τὸ σῶμά σε ἀπέκρινον κατὰ σε. Est etiam praeterea Lex Ephesiaca: SE IPSVM. ACCVSANS. CAPITIS. DAMNATOR. ac simile factum Achilles Tatius commemorat lib. 7, p. 447, κατὰ τὸν νόμον.

ἔς ἐκέλευσε τὸν αὐτὸ κατεπὸντῆ θάνατον τεθῆναι; secundum legem, qua cautum erat, ut, qui se ipse accusaret, morti adiceretur. Pro θάνατον malebat Salmasius in Notis, p. 683, ex Codd. Regiis et Anglicano, φόνον. Recte. Melius etiam est, si cum illo legatur, τὸν αὐτὸ φόνον κατεπὸντα. id quod obiter adiicio. Vide Obseru. meas ad Achillem.

Lib. eodem, cap. 2, §. 2. p. 369 Iosephus narrat, ad Dauidem ex tribu Leuitica venisse *quatuor millia septingenti*. Verba haec sunt: ἐκ δὲ τῆς Λευϊτιδος (Φυλῆς) τετρακισχίλιοι ἑπτακόσιοι, ἔχοντες ἀρχόντα Ἰωδάμον. Sed, si Scripturam S. euoluimus, distinctior deprehenditur narratio 1. Chron. 12, 26-28. Nempe ex tribu Leui venisse MMMMDC; porro, sub Ioiada, Principe domus Aaronis, MMMDCC; et denique cum Zadoco iuvene, quem ἀρχιερεῖα Iosephus nominat, XXII cognati principes. Puto itaque, aut, aliquid deesse in Flauio inter voces τετρακισχίλιοι et ἑπτακόσιοι. aut, si Iosephus priorem tantum numerum exprimerē voluit, legendum pro ἑπτακόσιοι erit ἑξακόσιοι. quomodo etiam in aliquot Epiphaniae Codd. inuenitur. Si vero intelligit cum Ioiada venientes, pro τετρακισχίλιοι ponendum τερισχίλιοι. Sed hos cum superioribus confudit Iosephus: inquit Schotanus, p. 367. Pro Ἰωδάμον, LXX legunt Ἰωάδαν, aut potius melius Ἰωάδα. Huius nomen Hebraicum est יהויאדא *Iehoiadab*. Iosephus in alio Archaeologiae loco, lib. 9, c. 7, p. 489 habet Ἰωάδας. Fortassis tamen in hoc loco legendum erit Ἰωάδαμον. Sed integrum hunc Flauii locum iam egregie sanauit, et cum Bibliis S. composuit Schotanus. quem vide.

Cap. 5, §. 3, p. 376 narratur Dauides exercitum ad-mouisse pulcherrimis Adrazari vrbibus, Βετταίη καὶ Μαχων, *Bettaeae et Machoni*. Ita legitur in Graecis omnibus, et quidem sine scripturae, (vt Hudsonus ait,) varietate. At prioris vrbis Hebraicum nomen, בֵּת צַחֲ בֵּת צַחֲ *Betach* est, 2 Sam. 8, 8. quod LXX expriment per Βαταῖν, seu Μετὰβάν. Forte etiam

etiam in Iosepho legendum Βατανᾶ siue Βετταχᾶ. Vel, ex unico hoc vocabulo, in Iosepho duo facta: Βετταία, μάχωνι, atque adeo legendum foret Βεττάχωνι. Posterius nomen Hebraice בֶּרֻתַי Berothai legitur, et LXX, בֶּרֻתַי reddiderunt ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν (πόλεων.) Peius profecto, quam Iosephus, in quo videtur omnino confusio facta, vt diximus, duorum nominum. Posterius itaque hoc, scribendum est Βεγοταία. Lege igitur in loco Flauii: καὶ ταῖς καλλίσταις τῶν Ἀδραζάρς πόλεων ἐπεσφάτευσε, Βεττάχωνι καὶ Βεγοταία. In Syriaca versione *Tabab et Beruthi* habetur, obseruante Spanhemio. Et vide Clericum ad cit. loc. Samuelis. Iam post pauca verba, Rex Amathes filium suum ad Dauidem mittit, qui in Graeco Iosepho Ἀδάραμος nominatur. Sed in Hebraico Cod. nuncupatur בִּרְיָם *Ioram*. idque nomen Flavius alibi, nempe Antiqu. Iud. lib. 9, c. 2 et seq. scribit Ἰώραμος. Neque forsitan aliter in hoc loco erit legendum. Ipse Rex Amathes, Θαῖνος vocabatur. Hebraice בְּרִי תוֹי .LXX, Θός. In Iosepho igitur an Θαῖνος corrigendum?

Cap. 12, §. 3, p. 401 haec verba habentur: μετ' αὐτὸν (scil. Ἰεσσαίμον,) ἦν Ἐλεάζαρος υἱὸς Δωδεῖς, ὃς ἦν μετὰ τῷ βασιλέως ἐν Ἀρασαμῶ. Quae in noua Editione sic conuersa sunt: secundum hunc fuit Eleazarus, filius Dodeiae, qui cum rege erat apud Arasamum. Primo, pro Δωδεῖς Epiphanius legit Δωδα, qui Hebraice דָּדְבוֹ *Dodbo* vocatur: quod vocabaculum ὁ LXX verterunt tamquam nomen appellatiuum πατριάδελφος. Sane melius omittitur apud Iosephum ei ac legitur Δωδς. Aut, quid? si malle ei in *o* immutare, ac legere Δωδς? Quod ad alterum nomen pertinet, Ἀρασαμῶ, illud Rufinus vertit *Serpha*. pro quo, erat, qui immutari cupiebat facillima scriptura Φασδάμω, vel potius ἄΦασδάμω. Scriptura dicit 1. Chron. 12. (in Hebraico, 11,) 13, fuisse Eleazarum, heroa cum Dauide בַּרְפָּאֵן *barpas dammim*, quod b. Lutherus 2 Samuel. 23, 9 reddidit *da sie hobn sprachen*. Sed est acutus aliquis Interpres ad loc.

D

Sam.

Sam. p. 1045, qui diuersa hic intelligit praelia; aliud, quod in Samuele narratur: aliud, quod memoratur in Chronicis, et factum dicitur כַּפְסֵי דַמִּיִם, *Bappas dammim*, siue in *Pasdamnim*; idque LXX reddunt Φασδαμιμ, vel, vt alii legunt, Φασδαμίν. Radaki et Raschi in Commentar. ad locum Chronicor. item Franc. Iunius in Notis ad h. l. putant, eundem esse locum, qui 1. Sam. 17, 1, vbi Goliath a Dauide occisus est, עֵבֶשׁ דַּמִּים *Ephes Damim* dicitur, et vertitur a b. Luthero: *am ende Damim*.

Lib. 8, cap. 2, §. 3, p. 418 recensentur Praefecti militiae, regionisque Praefides. τῆς μὲν, ait Iosephus, Ἐφραΐμα κληρονομίας Ὀυγῆς, ἐπὶ δὲ τῆς Βηθλεέμης τοπαρχίας ἦν Διόκλητος. Hudsonus ita verterat: *Ephraimi quidem sorti praererat Vres, toparchiae vero Bethleemicae Dioclerus*. Vltima verba Gelenius pariter, cum translate Teutonico, omiserant. Sed variant vehementer Codices in lectione Βηθλεέμης. Olim erat in Editis Βιθιέμες. quod Schotanus p. 771 correxerat in Βαιθσέμες. quamuis Iosephus alibi scribit Βαθσοάμν. Vid. Ant. Iud. 6, 2. 5. Sed praestat scripsisse Βηθλεέμης. veluti ipse Rufinus habet *Bethleem*. In iisdem Editis legebatur: ἐπὶ δὲ τῆς Β. τ. ἦν ὁ κληρος; post quod vocabulum κληρος, similiter Schotanus ibid. supplendum ait esse τὸ Δακάρ, vt haec inde sententia emergat: ἐπὶ δὲ τῆς Βαιθσέμες (ita enim legit: vt vidimus.) τοπαρχίας ἦν ὁ κληρος τὸ Δακάρ. Quae verba an ita sunt conuertenda: *super toparchiam Bethsemes erat fors Dakari?* Sed non intelligo hanc translationem. Forte κληρος factum est ex Δακάρ, vt vertendum sit: *super toparchiam Bethsemes erat Dakarus*. Nisi ita potius malis: *in toparchia Bethsemes erat fors Dakari*. - - Paucis interpretis, haec habentur: Σαφάτης δὲ τὸ Ἰταβύριον ἕως καὶ Κάρμηλον καὶ τὴν Γαλιλαίαν, ἕχρι τῆς ποταμῆς Ἰορδάνης χώραν. ἐπὶ δὲ τούτων (εἰς) πᾶσαν ἐπετέτραπτο. Rufinus ea mirum ita in modum transtulit: *Sabbath autem montem Taurum (Itabyrium) et Carmelum, et inferiorem Galilaeam. Regionem au-*
tem

tem, usque ad Iordanem fluvium constitutum, *Basan* dispon-
 bar. Diuisit ille, quae coniuncta sunt, duosque, pro vno,
 constituit Praefectos. Graeca etiam vix sana habentur: ait
 Schotanus, p. 772. quae nimirum Gelenius reddiderat: *Sa-
 phates Itabyrium montem et Carmelum, totamque inferiorem
 Galilaeam*. Omisit igitur haec: ἐπι δὲ τέτων πᾶσαν ἐπετέ-
 ζαπτο. quemadmodum etiam in Germanica versione de-
 sunt. Et ferme dubito cum nonnemine, huic omnino per-
 tineant. Quod vero ad nomen *Σαφάτης* attinet, dicitur il-
 lud Hebraice *שפספת* *Iehosaphat*. quod LXX quidem scri-
 bunt *Ἰωσαφάτ*, Iosephus autem, addita Graeca terminati-
 one, alibi saepius effert *Ἰωσαφάτης*. Conf. eum infra, cap. 7.
 Vix igitur dubitandum est, quin et, hoc in loco, adiecta
 prima syllaba *ω*, legendum sit *Ἰωσαφάτης*, *Iosaphates*. Quod
 ceterum pro *πᾶσαν* corrigendum sit *Βᾶσαν*, ac si regio in-
 telligatur, cui rex Ogus olim imperabat, Rufino et Scho-
 tano relinquendum.

Cap. 6, §. 2, p. 436 ex Herodoto profert Flavius, post
 Minaeum, qui Memphin condidit, CCCXXX Reges in Ae-
 gypto, omnes *Pharaones*, imperasse, post quorum obitum
 mulierem imperium adeptam esse, *ὄνομα Νικαύλην*. De qua
 iuuat Marshamum audire, in Can. Chron. p. 91. Quum de
 Regina *Nitocris* agit, putat, apud Iosephum eius nomen de-
 prauatum esse, et, pro *Νικαύλην*, legendum *Νίτωκην*. Quan-
 do autem eadem dicitur *γυνὴ βασιλεύσα τῆς Ἀγύπτου καὶ
 τῆς Αἰθιοπίας*, mulier, quae Aegypti simul ac Aethiopiae re-
 gnum obtinebat, ad duplex, id putat, eius regnum referri:
 (Thebais enim Aethiopiae nomine non raro designatur.)
 sed Herodoti *Nitocrin* perperam sumi a Iosepho, pro re-
 gina illa, quae Salomonem adiit, non male euicit. Interim,
 quia omnes Codd. MSS. *Νικαύλην* seruant, et qui dissentiunt
 in scriptura, tamen *Νιανλιν* scribunt, mallem equeidem
Nicaulem retinere, vtut nomen feminae alias obscurum
 est. - - - Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πάντα.

Atque haec sunt, quae isto tempore, et paucissimis, et tumultuaria tantum non opera, conscribere potui. Neque vero ulterius retinenda est optabilis, gratissimo perfungendi officio, necessitas, quam singulare SERENISSIMI PRINCIPIS, ACADEMIAE celeberrimae huius NVTRITORIS INDVLGENTISSIMI, NEC TAM PRINCIPIS QVAM PARENTIS, beneficium, mihi imposuit. Postquam enim NVMINI IPSIVS gratiosissime placuit, meritis quidem nullis me conspicuum, sed, vel nomine gentilitio, (quod fortunae munus est,) commendatum, vel exspectatione aliqua excitandum, vtilia forte atque bona suscipiendi, muneri nobilissimo, sed quod hominem postulabat diuturna optimorum scriptorum lectione exercitatum, ac literis humanioribus subactum atque cultissimum, ei igitur muneri tamen praeficere, et collegio Virorum adscribere, e quibus aliorum doctrina ac celebritas admirationem exteris, mihi venerationem debitam excitavit, aliorum autem, quo me hospitem exceperunt, patrocinium, fauor, amicitia, iam ita animo confirmavit, vt nunc summo cum ardore ac incitamento in id contendam, vt ne indignus essem, qui lateri olim illustrium et clarissimorum Doctorum adfederim: propter haec itaque summa beneficia animum addictum, et humanitatis officia quaelibet, Academicae iuuentuti nobilissimae spondere fas est, eaque semper cum sollicitudine observare indolem praeclaram, vt ne quid omitterem, quod rectae illorum voluntati, commodo, vtili, atque istis prodesset singulorum desideris, ad quae cupide explenda muneris mihi demandati ratio me instigabit, compelletque. Adeste igitur, nostra cura atque deliciae, Generosi et Nobilissimi Ciues, ac frequentia Vestra exornate Lectionum Graecarum auspiciis, *publicarum* imprimis, in eorum, qui Theologiae se dedunt, gratiam, super *Epistolam D. Pauli ad Hebraeos*, et difficillimam, et vniuersae Theologiae capita

supra

con


con-

continentem, habendarum; eam grammaticae ac philologice inprimis, sed etiam exegetice, interpretabor. Et lectionibus his constituta est Hora VIII. antemeridiana. *Privatim*, Hora II. *ἡμέρα* ex Cel. *Gesneri Chresomathia Graeca* explicabo, eamque e *Theophrasti Etbicis Characteribus* ii. desumtam: aut, si qui malint *Epicteti Enchiridion* sibi tradi, iis equidem finaliter geram morem. Neque etiam tam difficilis ero, ut non, si pluribus placeat, hanc, cum alia hora commutem. Praeterea, si qui adsint, qui opera mea in aliis scholis uti velint, *Cursum*, quem ita iii. vocant, *philosophicum*, ad *Baumeisteri V. Cl. Elementa Philosophiae recentioris* praelegam; quod ille liber cum ab eorum more Vuolsianorum recedit, qui absurde cogitant, et barbare scribunt, tum, quod perspicue satis atque breuiter enarrat haec, quae scitu sunt necessaria, et non vtilitatem nullam habent. Destinaui his exercitationibus, ni aliter videatur nonnullis, horam X. Initium autem faciam *die Iouis, D. XI. Iulii*. Iam, *diebus Mer-* iiii. *curii et Saturni*, Hora VIII, in *Horatii de Arte Poetica* librum elegantissimum copiose commentabor, Latinitatis praesertim rationem habiturus. Denique, Hora XI, siue alia quacumque, *Collegium* instituam *Disputatorium, super* v. *theses* siue *philologicas*, siue *philosophicas*. Cuius ratio erit haec: Scilicet, continebit id membra *octo*; ea me ante contuenient: theses dabuntur variae pro ipsorum arbitrio a Respondentibus: vnus ex illis, ingeniique acutiendi causa, scribendique periculum facturus, singulis mensibus dissertationunculam semel elaborabit, ita, ut *octo* mensibus omnes *octo* disputatiunculam eiusmodi conscripserint. quod et vtilissimum institutum est, nec molestia afficit, ob temporis forsan breuitatem, commilitones, abs me autem in Academia Lipsiensi per annos quinque obseruatum, dissertationunculas varias, typis etiam exscriptas, peperit. Leges huius Collegii, ordinis conseruandi causa, ipse iam olim

praescripti; cum Suauissimis, qui me adibunt, Commi-
litionibus eas ante communicaturus. initium autem fiet *die*
Saturni, d. XIII. Iulii. Ad hasce igitur omnes praelectiones
beneuolentissime frequentandas, cum Literarum imprimis
Graecarum, tum omnis humanitatis fautores, Ornatissi-
mos ac Nobilissimos huius Iuliae Carolinae Ciues, hu-
manissime inuitatos cupio. Deus O. M. qua infinita ac
impressa clementia est, noui haec muneris mei initia,
literariae rei, studiosae iuuentuti, ac vniuersae huic Aca-
demiae fortunata esse iubeat, propter Filium suum!

Scrib. et P. P. A. D. VII Iulii, A. I. S.

clb DCCXXXVIII



00 A 6427

ULB Halle
002 927 292


3



0018

R





21 20

ΠΟΡΘΩΣΕΩΣ ἸΩΣΗΠΙΚΗΣ
ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ

SEV

TIONVM FLAVIANARVM
STRICTVRAE

SIMVL

RATIO LECTIONVM

SVB AVSPICIVM

SSIONIS GRAECAE LINGVAE
ORDINARIAE

ACADEMIA IVLIA CAROLINA

HABENDARVM

REDDITVR

A

H. BENEDICTO CARPZOV

LIPSIENSE

HELMSTADII

XCVDEBAT PAVL. DIETERIC. SCHNORR

